



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetii, 1706**

Licentiæ celebrandi Matrimonium cum dispensatione Denunciat. Formula VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

Licentiae celebrandi Matrimonium  
cum dispensatione super  
Denunciacionibus.

## FORMULA VI.

## SUMMARIUM.

1 Episcopus an possit dispensare super  
denunciationibus matrimonii, ut

fieri possit diebus ferialibus, in  
quibus adegit concursus populi, re-  
feruntur sententiae D. D. & num. 2.

3 Solus Episcopus Diaconatus super de-  
nunciationibus matrimonii dispensat,  
non autem alii Prelati inferiores,  
qui jurisdictionem quasi Episcopalem  
exercent iure speciali.

4 Vicarius Generalis ex sola generali  
delegatione dispensat, etiam tem-  
pore adventus.

**T**Ibi N. Parocho Ecclesiae N. ut in matrimonium per verba de praesenti ser-  
to ritu Sanctae Matris Ecclesiae, & forma à Sac. Concil. Trid. prescripta,  
quamvis tantum unica Denunciatio precesserit, N. & N. in matrimonium con-  
jugere valeas facultatem concedimus: injuncta tamen per te contrahentibus  
prohibitione insimul cohabitandi, & matrimonium consumandi, donec duobus  
continuis festiis diebus subsequentibus (etiamsi tempore Adventus) Denun-  
ciationes factae non fuerint, & nullum aliud ad contrahendum detegatur impe-  
dimentum: quoniam justis de causis dispensandum censuimus, prout dispen-  
samus. Datum &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius Episcopalis.

## ADNOTATIONES.

1 **FESTIVIS DIEBUS.** Ex praescripto Sacr. Concil. Trid. De-  
nunciations Matrimonii contrahendi fieri debent festiis diebus. At si aliqua ni-  
mis rationabilis causa judicio Episcopi concurreret, posset ipse dispensare, ut  
omnes, seu illarum aliqua fieret in die-  
bus ferialibus, in quibus pro aliqua occa-  
sione adesset concursus populi, ut tenent  
Barbos. de offic. Episc. alleg. 32. n. 14. Bonac-  
cin. de Matrim. punct. 6. num. 18. & 19. Cor-  
rad. prax. dispens. lib. 7. cap. 7. num. 16. ubi  
ex textu Concilii rationem reddit.

2. Sed Nicol. lucubr. civil. lib. 1. tit. 10.  
de Nupt. n. 63. putat, quod sententia quæ  
negat Episcopum posse in hoc dispensare,  
sit tutior ubi non adsit consuetudo, &  
hanc partem negativam secutam fuisse  
Sac. Congr. Concil. testatur Pignatell. con-  
sult. 133. n. 90. tom. 9.

3. DISPENSANDUM CENSUIMUS.

Solus Episcopus Diaconatus super de-  
nunciationibus matrimonii dispensat, non  
autem alii Prelati inferiores jurisdictionem  
quasi Episcopalem habentes de jure  
speciali, ut late probat Fagnan. in cap.  
cum inhibito à num. 6. usque ad fin. de clau-  
dest. desp. & in cap. accendentibus nu. 26.  
de excess. Prælat. quod est contra Barbos. de  
offic. & potest. Episc. alleg. 32. n. 30. 31. & 32.  
& Tambur. de jur. Abb. tom. 2. disp. 8. qu. 4.  
num. 2.

4. An autem possit hoc facere Vicarius  
Generalis, ex sola generali delegatione,  
absque alia speciali Episcopi, affirmant  
DD. relati per Sanch. de matr. lib. 3. disp.  
7. nu. 10. & à Barbos. ubi suprà num. 29.  
quos sequitur Pac. Jord. tom. 1. lib. 3. tit. 7.  
num. 7. & hæc sententia in praxi servatur,  
& servavi, quamvis Garz. de benef. par. 5.  
cap. 8. n. 61. referat à Sac. Congr. Concilii  
contrarium fuisse decisum, & dari potest  
etiam de tempore Adventus, Barbos. de  
Apostol. collect. 247. n. 2.

Licen-